



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliae Catholicae De Sacris Arcanis Deiparæ Mariæ Et Iosephi

Cum quadruplici Indice

Cartagena, Juan de

Coloniae Agrippinae, 1613

Homilia Sexta. Idem argumentum prosequentes, tàm humana, quàm
sacra eruditione eadem verba: Gratia plena: iterum elucidamus,
multiplicemque Gratiaë plenitudinem tradimus, & quænam illarum Virgini

...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51414)

ginem refunderet: Non dissimiliter Spiritus sanctus, peritissimus omnium pictor, volens B. Virginem variis virtutum perfectionibus, ac diuinorum charismatum coloribus exornare, ac perpolire, non vnius, aut alterius, sed omnium hominum, & Angelorum perfectiones in eam cumulatissimè effudit, vt non immeritò D. Hierony. serm. de Assumptione dixerit: *Ceteris per partes praestatur, Mariae vero simul tota se infudit gratiae plenitudo.* Iureque optimo ego putauerim, Spiritum sanctum ingentem ad eam curam in hac pulchra imagine perficienda adhibuisse, vt merito de illo dici possit, quod de Protogene insigni pictore alius illo magis peritus, ac celebris Apelles, dixit: *Manum de tabula nefuit tollere. haec caelestia munera D. Epiphanius attentè considerans, salutare cupiens intemeratam Virginem Deiparam Mariam in hac tam vera, quam dulcia verba prorupit: Aue gratia plena, multis virtutibus exornata Virgo, in lampade gestans lucem inextinguibilem, sole splendidorem. Aue gratia plena, gloria spiritualis. Aue gratia plena, quae es vna aurea continens mamma caelestis. Aue gratia plena, quae sitientes perennis fontis dulcedine satias. Aue gratia plena, mare spirituale, habens gemmam caelestem Christum. Aue gratia plena, splendidum caelum, quae in oculis incomprehensum continet Deum. Aue gratia plena, quae Chrysidicum thronum diuinitatis fulgore superas. Aue gratia plena, quae caeli circum habes, & Deum incomprehensum angusto potissimum loco in te ipsa contines. Aue gratia plena, nubes columna similis, quae Deum habes, qui populum deduxit per desertum. Quid dico? & quid proloquar? quo pacto beatam predicabo gloriae radicem? solo enim Deo excepto, cunctis superior existit. Cui sit honor & gloria in saecula saeculorum.*

Amen.

HOMILIA VI.

Idem argumentum prosequentes, tam humana, quam sacra eruditione eadem verba: Gratia plena: iterum elucidamus, multiplicemque gratiae plenitudinem tradimus, & quam illarum Virgini congruat, ex B. Thoma, & D. Bonauent. edocemus in eadem verba: Aue gratia plena.



PIERIVS Valerianus in calce sui operis refert, Antiquos in hunc modum humanam gratiam descripsisse. Deam quandam Iouis filiam depingebant ex tribus Virginibus compositam, quae manus mutuo sibi dantes, ridebant. prima faciem habebat apertam, secunda operitam, tertia, partim apertam, partim operitam: vocabantur autem Gratiae tres, cum esset vna, quia munus gratuito datum tripliciter considerabant; primo, vt datum, secundò, vt acceptum; tertio, vt datum, & acceptum: quod mutuo se manus darèt, mutuam gratiam, & beneuolentiam dantis, & recipientis donum significabat: tandem pari risu exultabant, quia non minus delectare debet dantem, doni elargitio, quam recipientem eius acceptio: hae tres foeminae, Virgines erant; tum, quia dona debent esse incorrupta, vt nullius inhonesti finis praetextu fiant; tum, quia donorum beneficentia non debet senescere, & marcescere in dante, nec in memoria recipientis, sed semper viuere, & iuuenescere: quod autem prima illarum Virginum vultum velamine operiret, significat donum in abscondito dandum; ita, vt iuxta consilium Saluatoris: *Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua.* altera vero discooperto vultu apparebat, vt de-

Fff 3

nota.

notaret, beneficium acceptum, manifestandum, non celandum esse: tertia verò partim habens vultum coopertum, partim discoopertum, id sanè portendebat, quod datur, occultandum, quod recipitur, propalandum: quod tandem ait, patrem habere louem, bona illa cœlitus elapsa esse indicabat. Hæc, quam aptè Virgini congruant ad illustrandum verba illa: *In me gratia omnis*; haud difficile erit demonstrare: in illa enim fuit gratia dandi, quia non solum hominibus multa bona præbuit, sed, & ipsi Deo carnem, quam assumpsit, donauit; vnà enim cum Patre æterno dicere potuisset: *Ego hodie genui te*: ille quidem in æternitate, hæc in tempore. fuit etiam gratia accipiendi, quia nulla pura creatura, cœlestibus charismatibus cumulatio illa vnquam fuit, ipsa dicente: *fecit mihi magna, qui potens est*. Cœlos, ait Dauid, digitis Dei creatos fuisse: *Cœlos, opera digitorum tuorum*: homines manu Dei conditos fuisse, affirmat Iob: *Manus tua fecerunt me, & plasmauerunt me*: quæ verò dona Deus B. Virgini impertitus est, non digitis, non manu, sed brachio diuinæ omnipotentiae, quasi omnium excellentissima, ea Mariæ adscribit. In illa quoque pariter adest gratia illa simul dandi, & recipiendi, quia, sicut pœnè infinita dona diuina largitas in eam effudit, ita pœnè infinita nobis contulit, quæ, quia quotidie nos experimur, superuacaneum est illa recensere. In ea deinde huiusmodi gratia dandi, non inueterata emarcuit, sed noua confertens beneficia in dies, magis virefcit, & iuuenescit. Quod si triplex illa gratia sub vultu Virginis incorruptæ ostendebatur, quid quæso incorruptius B. Virgine, quam nec conceptus, nec partus violauit? si illa præterea risu exultabat, beata Virgo, dum plura munera largitur, tantum abest, eam tristari, vt amplius hilarescat.

Ac tandem si illa, Iouis erat filia, quo cœlitus data dona significabantur, omnia, & singula bona, tam qui accipit, quæ

Eccle. 24.

Psalm. 2.

Luce 1.

Psalm. 8.

Iob. 10.

qui donat, à Patre luminum descendere non diffiteretur, iuxta illud: *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum*. Adde, quod (vt auctor Philosophiæ secretæ tradit) Gentiles olim magnam humanæ conditionis inopiam, infirmitatem, & indigentiam contemplantes diuersa vitæ tempora, varios Deos, quæ factui propitiarentur, assignabant, ex quo ex ventre matris prodibat, pro partu erat Dea Lucina; ad vitam vegetatiuam conseruandâ Deus Sentunus; pro tempore, quo in cubulis iacebat, Dea Comyna; pro vberibus matris sugendis, Dea Rumina, & sic de reliquis virg hominis actionibus, quousque infans perueniret ad nubilem ætatem. Nec quisquam mirabitur horum Deorum multitudinem, si legerit D. Augustin. lib. 2. de Ciuitate Dei c. 12. vbi detestabiliora alia Gentilium deliramenta commemorat. Quod si tot Deos illi putabant adiutores necessarios ad vitæ corporalis augmentum, & conseruationem, pluribus quidem indigere autarent, ad incrementum, & conseruationem vitæ spiritualis: omnia tamen hæc gratiarum genera, quæ à diuersis Diis falso decepta gentilitas communicari existimabat, ab vno Deo collata fuere Beatæ Virgini. Ipse namque specialissimam curam habuit eius conceptionis, cauens, ne peccati originalis labe inficeretur, ipse ortum eius communi Orbis lætitia illustrauit, Ecclesia dicente: *Natiuitas tue, Dei Genitrix Virgo gaudium annunciant vniverso mundo*: Infantiam eius diuinis cœlestium charismatum pignoribus locupletauit, dum in Templo eam præsentari fecit, & quindecim scælæ gradus, in cuius veneratione, hodie in Ecclesia est canticum graduū, eam triennem deuotissimè ascendere fecit; ac tandem ad nubilem ætatem perueniente, tot gratiarum fluentia in ea confluxere, vt & Angelus ei dixerit: *Aue gratia plena*: & ipsa de se fateatur: *In me omnis gratia vis, & veritas*. Sed aduerte quæto, dixisse, gratiam ve-

Luce 1.

Auct. 78.

Iob. 10.

D. Aug.

Luce 1.

Psalm. 8.

Iob. 10.

Luce 1.

Luce 1.

Luce 1.

Luce 1.

Luce 1.

Luce 1.

Luce 1.

Luce 1.

Luce 1.

Luce 1.

Luce 1.

Luce 1.

Luce 1.

Luce 1.

ritatis, id est gratiam veram, ad differen-
tiam aliarum gratiarum, quæ falsæ gra-
tiæ sunt, non veræ: his enim nostris tem-
poribus vidimus, gratiam prophetiæ nõ
nullos finxisse, alios extases, & raptus, a-
lios vulnera in manibus, pedibus, & late-
re (velut noster Seraphicus Franciscus) ac-
cepisse, humano artificio simulaverunt; hæ
quidem non fuerunt gratiæ veritatis, sed
falsitatis, & mendaciæ, ut exitus ipse pro-
bauit.

Ut tamen hanc exuberantis gratiæ plenitudinem B. Virginis distinctius, & lu-
culentius intelligamus, consulamus que-
so Angelicum Doctorem, qui 3 p. qu. 6.
art. 6. præter gratiæ gratis datas, dupli-
cem agnoscit gratiam in Christo Domi-
no; primam vocat, gratiã vnionis, per quã
ei, vt homini, datum est, vt esset filius Dei
naturalis, iuxta illud D. Pauli: *Qui præde-
stinatus est, filius Dei in virtute*. secundam
vocat, *habitualem gratiam*: quæ qualitas
est supernaturalis, iustis inhærens, per
quam reddantur consortes diuinæ natu-
ræ, vt loquitur D. Petrus, & filij Dei, per
adoptionem, & hæredes æternæ hæredi-
tatis, iuxta illud Pauli: *Vt iustificati gratia
ipsius hæredes simus secundum spem vite æter-
næ*. hanc duplicem gratiam in Christo ex-
tinsisse, non obscure significauit D. Ioan-
nes, cum dixit: *Et Verbum caro factum est*:
ecce gratiam vnionis, per quam Verbum
diuinum carnem humanam in virtute
personæ sibi copulauit: deinde subiunxit:
*Vidimus gloriam eius, gloriã quasi vnigeni-
ti à Patre*: ecce gratiam habitualement à
gratia vnionis in Christo emanantem.
Inter alia ergo non pauca, quibus B. Vir-
go reliquos omnes sanctos, tam homi-
nes, quam Angelos præcellit, illud om-
nium singularissimum est, quod vtra-
que hæc gratia Spiritus sanctus eam re-
pleuit: in primis quidem, dum ventrem
eius impleuit Christo, sacis apparet, pri-
ma illa gratia vnionis miraculose fuisse re-
pletam, vt loquitur D. Ambrosius: *Bene
sola gratia plena dicitur, quæ solam gratiam,
quam nulla alia meruerat, consecuta est, vt*

gratiæ repereretur auctore. Quibus verbis
consonant alia D. Bernardi homil. 3. su-
per Missam; in hunc modum loquentis:
*Legimus in actibus Apostolorum, & Stephanum
pleni gratia, & Apostolos fuisse repletos spiritu
Sãcto, sed longe dissimiliter à Maria; nec in Ste-
phano habitauit plenitudo diuinitatis corpora-
liter, quemadmodum in Maria, nec Apostoli
conceperunt de Spiritu S. quomodo Maria. Eil-
dem etiã consentanea sunt verba Chry-
sippi Ierosolymitani: Gratiã plena, quia repleti
est vniversus gratiæ thesaurus, & totius laci-
tia, Rex cum ancilla, cum speciosa inter mulie-
res speciosus forma præ filiis hominum, cum
puella impolluta, qui sanctificat omnia simi-
liq; modo loquatur Hieronym. serm. de
Assumpt. & Gregor. Neocæsar. homil. de
Annunc. Fuit deinde in B. Virgine secun-
da illa gratia habitualis animã deificans,
vt docuit his verbis D. Athanas. serm. de
sanct. Deipara: *huc de causa facta est, vt gra-
tia plena appellata sit, vt potest, quæ omni gratia
abundans, idque per superuenientiam te Spiritus
sancti, ideoque, valium tuum deprecantur om-
nes diuites plebis. atq; in hoc sensu intel-
ligenda putant verba hæc: gratia plena, D.
Augustinus, Sophronius, Chrysolog. Be-
da, & Rupertus, quos sequitur eruditissi-
mus Maldonatus dicens: *Nec enim An-
gelus, qualis cum Christum concepisset, futura
esset, sed qualis iam esset, illi voluit significare.*
& subdit: *si propterea gratia plena diceretur,
quod Christo in vero conceptio plena esset,
postquam vero peperisset, gratia plena esse
desisset. Quod merito Athanasius in ora-
tione illa de Desp̄ara, tanquam absurdum,
refellit: loquitur igitur Angelus ibi de
gratia illa, per quam idonea facta erat
Virgo, vt Christum mox conciperet.*
Quia tamen multiplex in sacris Scriptu-
ris gratiæ plenitudo reperitur, vt facilius
venari possimus, quænam illarum Vir-
gini contineat, obseruasse oportebit, tri-
plicem esse hanc plenitudinem Prima, &
omnium potissima est, plenitudo gratiæ
superabundans, vt verbis D. Bonauenturæ
vtar, quæ propria est Christi, quia in eo (vt
loquitur Paulus) *habita omnis plenitudo
ad Colof. 2.3
diuini.***

D. Bernard.

Act. 2.

Act. 6.

Chrysip. 14
rosol. ser. de
S. Mar.

D. Hierony.

D. Gregor.

Neocæs.

D. Athanas.

Psal. 44.

D. August.

in Anchir. c.

36. & serm.

12. & 14. 15.

18. 21.

Sophron. ser.

de assumpt.

Chrysol. ser.

142.

Beda hom. 3.

de B. Virg.

Rupert. lib.

6 in Cant.

Maldonatus.

D. Athanas.

D. Bonauen.

in 3. de 13.

qu. 3.

diuini.

diuinitatis corporaliter; & in eo sunt omnes thesauri sapientie, & scientie Dei absconditi.

D. Thom. Alia est plenitudo gratie sufficientis, quæ omnibus iustis datur, vt docet D. Thomas

1. p. q. 7. art. 10. ad 2. vbi ait: Est quedam gratie plenitudo, omnibus sanctis communis, vt scilicet gratiam habeant sufficientem ad mere-

Ab. 2. & 6. rendum vitam eternam. hac sufficientia dicuntur repleti Stephanus, & Apostoli,

ille quidem gratia sufficienti, vt idoneus Christi testis, & protomartyr esset, illi vero, vt Apostolatus munere perfectè fungerentur. Alia tandem plenitudo, dicitur, prerogatiue, quæ soli B. Virgini cõ-

D. Bonauen. petit, vt auctor est D. Bonauentura præ-

vbi supra.

dicato loco; vbi habet hæc verba: Christus plenus fuit gratia, plenitudine superabundantiæ, quoniam de eius plenitudine nos omnes accepimus; Virgo plena fuit plenitudine prerogatiue, reliqui sancti pleni suere plenitudine sufficientiæ. Ad hanc plenitudinem prerogatiue, pertinere arbitror id (quod de nullo reliquorum sanctorum dici potest) in

B. Virgine, fuisse iustitiam originalem, non quidem, quoad effectus immortalitatis, & impassibilitatis, & similibus, quos in statu innocentie causabat, sed quantum ad spirituales illos, ac mirabiles effectus cõstituendi perfectæ subordinationem hominis ad Deum, & appetitus sensitui ad rationem; hæc enim, cum ad perfectionem animæ pertineant, non est, cur dicamus, negata fuisse Dei Genitrici, quæ

alioquin primis parentibus cõcessa fuisse noscuntur. Ita docuerunt grauissimi

Card. Cus. l. Theologi. Cardinalis Cusanus, & Cardinalis Durandus, Dionysius, Canisius, & alij moderniores Doctores: Idque vero

8. cir. illud. similius sit, si vera est eorum sententia, qui affirmant, donum iustitiæ originalis

scilicet lib. in- nihil profus esse præter gratiam in anima existentem, & virtutes omnes per se,

Cardin. Dur- & per accidens infusas in gradu heroico, quibus adiungebatur specialis Dei mantenentia, & custodia: hæc enim cum

ran. in 3. d. 3. nemo Catholicus neget Virgini, & aliud de caruerit fomite, non est, cur iustitiam originalem ei defuisse putemus. Vnde D.

qu. 3.

Dionys. Car-

thus. lib. præ-

con. & dign.

Mart.

Canis. lib. 1.

de Deip. c. 9.

Card. late li.

1. q. 46.

Bernardinus, diuina Virginis charismata contemplans, ex fetuoris affectu, quo aestuabat, piè dixit: Sicut diuine perfectiones omni intellectui incomprehensibiles sunt, sic perfectiones gratiarum, quas Virgo suscepit in conceptione filij Dei, soli intellectui diuino, & Christo, & sibi comprehensibiles extiterunt. & quidem, quod Deus generaret Deum, nulla requirebatur in Deo dispositio, cum ei ex natura conueniret, vt per viam naturæ intellectus produceret Verbum, per omnia sibi æquale, inmodò impossibile est, quod non generet Deum, propter suam fecunditatem; sed quod femina conciperet Deum, est, & fuit miraculum miraculorum; oportuit enim (vt sic dicam) feminam eleuari ad quandam quasi equalitatem diuinam per quandam infinitatem perfectionum, & gratiarum, quam creatura nunquam experia est. Vnde (vt credo) ad illam abyssum imperscrutabilem omnium charismatum Spiritus sancti, quæ in beatam Virginem descendit, in hora diuine conceptionis, intellectus humanus, vel angelicus nunquam potuerunt attingere: quod declarans angelus Gabriel, cum ab eo quæreret B. Virgo, & diceret; quomodo fiet istud, quoniam virum non cognoscit? respondit Angelus, se tantum mysterium ignorare, dicens: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: quasi diceret: quod à me quæris, ignoro, sed æterna sapientie doctor, qui tibi solum hoc altissimum mysterium referuauit, te per illuminatissimam experientiam edocebit. hæc ille.

Lat. 1.

Lat. 1.

Lat. 1.

Lat. 1.

Lat. 1.

Lat. 1.

Lat. 1.

Lat. 1.

Lat. 1.

Lat. 1.

Lat. 1.

Lat. 1.

Lat. 1.

Lat. 1.

Lat. 1.

Lat. 1.

Lat. 1.

Lat. 1.

Lat. 1.

Lat. 1.

Lat. 1.

Lat. 1.

Lat. 1.

Lat. 1.

Lat. 1.

Lat. 1.

Lat. 1.

Lat. 1.

Lat. 1.

Tertium signum est, ponderosum esse, ut constat etiam in vna, quæ liquore vacua, leuis, plena verò ponderosa redditur. quantum tandem signum est, superfluere, ut videre est in flauio inundaate, ad quod alludit illud Ecclesiast. 24. *qui inaplet, quasi Phison sapientiam*: Phison enim est flumen paradisi, qui ab eo egrediens, terram Heuilaith circum, & inundat. Hæc eadem signa reperies quidem in Maria; variis siquidem tribulationibus percussa, maxime ob crudelium filij mortem, nullus in ea murmur resonauit: *Non murmur resonat, non querimonia, sed corde tacito, mens bene conscia, seruabat patientiam*: non appetuit caduca, quæ melius, quam Paulus, omnia tamquam stercore arbitrabatur, ut Christum lucrifaceret; non leuis deinde, sed tanti ponderis fuit, ut eius merita in lance vna, reliquorum vero omnium in lance altera locata, longe illa superarent, Spiritu sancto ei dicente: *Multe filie congregauerunt sibi diuitias, tu verò supergressa es vnuerfas*. ac tandem nunquam per continua beneficia fluere cessauit; adeo, ut non solum in homines, sed & in Angelos, immò & in ipsum Deum ea effudedit, ut disertis verbis dixit D. Bernardus: *De plenitudine eius accipiunt vnuerfi: captiuus redemptionem, cæcus illuminationem, eger curam, tristis consolationem, peccator veniam, iustus gratiam, Angelus letitiam, filius Dei humane carnis substantiam, & tota Trinitas gloriam, ita, ut non sit, qui se abscondat à calore eius*. Atque hinc est, quod Ecclesia Catholica, diuino spiritu afflata, Deiparam Mariam, *Matrem gratiæ, matrem misericordiæ, immò, & vicam, & dulcedinem, ac spem nostram piissime vocitare consuevit*. Vnde D. Augustinus lib. de S. Virginitate dixit: *Mater est spiritus, omnium fidelium, & membrorum Christi, quia cooperata est charitate, ut illi in Ecclesia nascerentur*. Tanta autem huius Matris fecunditas est, in spiritualium filiorum procreatione, ut ipsa proclamet: *Transite ad me omnes, qui concupiscitis me, & generationibus meis adimplemini*. Vnam tantum

generationem, sicut, & vnicum tantum filium habuisse Deiparam Mariam fides Catholica docet; vocat autem eam plurali numero, *Generaciones*, quia vnica illa Virginis generatio, qua Deum, & hominem genuit, causa, & origo est omnium spiritualium generationum, quibus in filios Dei per fidem, & charitatem regeneramur, & renascimur. Vnde fit, quod sicut à muliere initium peccati, & per illam omnes morimur, ut ait Ecclesiasticus; ita à muliere super omnes mulieres benedicta, initium sumplit nostra salus, & vita; quare egregie, ut assolet, Seraphicus noster D. Bonauentura, tam ex sua, quam ex D. Bernardi sententia, dixit: *Ipsa quoque non solum in plenitudine sanctorum detinetur, sed etiã in plenitudine sanctorum detinet, ne eorum plenitudo minuatnr; detinet nimirum virtutes, ne fugiant; detinet merita, ne pereant; detinet demones, ne noceant; detinet filium, ne peccatores percussat; ante Mariam non fuit, qui sic detinere Dominum auderet; testante Isaiã non est, Isai. 64. qui inuocet nomen tuum, qui consurgat, & teneat te: si ergo peccator es, & reconciliari Deo desideras, aut si iustus es, & in gratia conseruari cupis, ne quæso, cesses, inuocare Mariam: nam quemadmodum vas liquore valde plenum perfacili motu copiam facit sui, & quod continet, elargitur; ad eundem modum plena gratia, & misericordia tibi ab Angelo Maria proponitur, ut intelligas, vel leuissimo orationis contactu, fauorem suum, ac materiam clientelam piissime ipsam exhibituram. Cognouit certè hanc Marianæ clementiæ affluentiam Rex ille Britannæ Arcturus, qui cum se infectissimis hostibus circumdatum, & pene iam regni sui imperio spoliatum cerneret, tandem ad se reuersus, hoc vnum bello illi cruento adiuuenit remedium, in interiori clypei, seu scuti parte, perpulchram Deiparæ Virginis effigiem depingi fecit; & quoties congressurus erat cum hoste, eleuans brachium, in quo pendeat scutum, oculorum aciem in Mariæ imaginem conuertens, & ab ea opem implorans, acriter iruebat*

Ggg rucbat

tuebat in hostem, semperque victoriam ex Mariae auxilio reportabat. Cui sit honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA VII.

Plenitudinem Marianæ gratiæ profequimur, ostendentes, illam aded creuisse, ut solius Virginis gratiæ, omnium sanctorum, tam Angelorum, quam hominū gratiā in aceruum vnum redactam, præcelleret, in illa verba: Ave gratiā plena.



INTER alia non pauca, quibus beatissima Virgo magnitudinem Dei æmulatur, illud vnum excellentiam, eius mirifice detegit, quod sicut ad cognitionem diuinæ naturæ, duplici via, affirmationis, & negationis nobis incedendum est, ut ex antiquissimo Dionysio Areopagita docuit D. Thomas, ita ad imensitatem Marianæ perfectionis, non quidem penitus exhauriendam, id enim soli Deo referuatur, sed ad eam pro modulo nostro penetrandam, affirmationis similiter, & negationis duplex iter nobis arripiendum est. Negatio quidem, quid diuinæ naturæ non conueniat, contemplatur, vnde, ut ad Deum per cognitionem accedat, creaturas aufugit; fatetur enim, Deum non esse cælum, non solem, non lunam, non Angelum, non Seraphinum, aut Cherubinum, neque quidpiam aliud creatum, & hinc infert, aliquid aliud esse præstantissimum bonum, longe hæc omnia transcendens. Affirmatio verò è contra, Pauli vestigia sequens dicentis: *Inuisibilia Dei per ea, que facta sunt, intellecta conspiciuntur*, ex creaturarum attenta consideratione innumeras perfectiones creatori tribuit, quia tamen illæ in creaturis non aliter repetiuntur, quam multis

imperfectorum neuis permixtæ, hæc industria vititur, quod si, ut artifex ad ignem fornacis fundens aurum, terra, aut plumbo permixtum, mundam inde extrahit illud, ut vas conficiat, ita mens nostra præscindens, diuidens ac separans aurum perfectionū, quod in creaturis iatur, à terra, & plumbo imperfectorum, quibus admiscetur, eas ab illis emundatas Deo optimo maximo tribuit. Obseruat quidem in creaturis pulchritudinem, sapientiam, providentiam: at videns hæc in illis esse accidētia, quod imperfectionem importat, hanc intelligentiæ acumine remouens ab illis, reliquum, quod perfectionis est, Deo ascribit. Equidem contemplantes Deum hac duplici negationis, & affirmationis via per similes esse dixerim duobus accipitribus, quorum vnus volatē per ætera audeam, ut eam fortius insecetur, ab ea recedens, quasi eius obliuisci se simulat, quod Hispanæ dicitur: *hæze vna punta para cobra buelo con mas ligereza*, ut sic securius audeam aucupetur; alter verò suæ velocitati fidens, recto tramite volatum suum ad illam dirigens, eam apprehendere tentat, & quanto illa altius euolat, tanto ipse sublimius conscendit, ut tandem prædam rapacibus vnguis suis capiat; non dissimiliter Dei contemplationi vacantes, alter per viam negationis, alter affirmationis diuinam naturam cognoscendam, velut ardeam festinant, aliter tamen, & aliter: ille quidem, quasi recedens à Deo, negationis viam complectens, *hæze punta comoalcon*, ut illam comprehendat vnde D. Dionysius de cœlesti hierar. frequenter hanc viam negationis ingressus, dicebat: *Ad hanc lucidam caliginem accedentes oramus, vbi, & non videre, & non scire est Deum, qui est super omnia, ex omnium ablatione celebrare*. In huius quidem caliginosæ cogitationis figuram lego 24. Exodi, quod quando Moyse ex diuina visione cum Deo confabulaturus, montem ascendit, Dominus nebula verticem montis cooperuit, in cuius caliginem Moyse ingressus

D. Dion. Ar. de Ang. hier. D. Th. p. p. q. a.

Rom. 1.

D. Dion.

Exod. 24.

60.